



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 114. Regina Scotiæ ad recipiendum Concilium Tridentinum a Pontifice sollicitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1564. Apocalypsis defunt, eoquod in scripto
Codice, ex quo prælum adornabatur,
desiderata fuerint: ad initium novi hu-
jus Testamenti, quod tamen minus ve-
tustum creditur, ac forte ex Græco
translatum fuit, habetur docta Editio-
ris præfatio tanquam epistola nuncu-
patoria, ad calcem autem leguntur
varia Alphabeta Syriaca, pluresque
preces Syriacis, hebraicis, latinisque li-
teris scriptæ, ut hac ratione istius lin-
guæ tum adhuc paucis cognitæ lectio
magis expedita redderetur. Ceterum
novum hoc Testamentum Guido Fa-
britius latine reddidit: ambo autem
hi Authores contendunt, quod S. Mat-
thæi Evangelium, & Divi Pauli episto-
la ad Hebræos Syriace fuerint conscri-
pta, Syrique crediderint, a Sancto Mar-
co Evangelista totum novum Testa-
mentum ex Græco in Syriacum idio-
ma fuisse translatum: hoc tamen argu-
mentis sat validis haud comprobatur.

§. CXIV.

*Regina Scotiæ ad recipiendum Con-
cilium Tridentinum a Pontifice
sollicitata.*

Raynald.
hoc ann. n. 49 Regina Scotiæ hoc anno quoddam Pon-
tificis diploma die decima tertia
Junii datum recipiebat, in quo Pius IV.
eam

Sæcul. XVI.
A C 1564.

eam hortabatur, ac impense rogabat, ut Synodi Tridentinæ decretis sese submitteret, eaque in regno suo promulgari juberet, simulque omnes hæreticos, atque de hæresi suspectos cunctis dignitatibus amoveret. Iisdem ferme verbis scripserat ad Archiepiscopum Santandreamum, & Glasensem Præsullem: verum inutiles erant hæreticos reprimendi conatus; quippe Regina regni sui tumultibus præpedita, ac nuptiis, quas cum Leviniani Comitis Filio inire parabat, perficiendis distentatæ Pontificis vobis satisfacere poterat: aliunde vero plus æquo illius auctoritatem restringebat violentia Elizabethæ Angliæ Reginae, quæ palam Protestantes protegebat, quapropter Scotiæ Regina adeo non hæreticorum factionem labefactare poterat, ut nequidem ejus facultati relictum esset præpedire, ne in ipsis Scotiæ visceribus impune grassarentur hæretici.

§. CXV.

Repetitæ Maximiliani Cæsaris Preces pro obtinendo Sacerdotum connubio.

Haud magis contentus esse poterat Pontifex de Maximiliano Cæsare, qui Calicis usu suis subditis sub quibusdam conditionibus, ut supra meminimus, concessio nondum contentus erat,

*Raynald. n. x
Thuan. l. 37.*

Hist. Ecclesiast. Tom. XLVII. A a sed